Fragmentarium

enean . alacriſ . palmaſ iterasq; teten lit. Hec etiam contra rationem ſupradictarum regula rum declinantur. puer pueri. cuius femininum puera dicebant antiquiſſimi. Unde et puer pera dicitur. que puerum uel puer in parit. id; puellam quod est diminutiuum puere. ut capra capella. tenera tenella. umbra umbella. Ouidius hoc approbat . qui in .v. metamorphoſeon de puella proſerpina narrans dicit. Tantaq; ſimplicitas puerilib; affuit annis. Quod dimi nutiuum non pertineret ad feminas niſi etiam puera eſſet dictum. id quod tamen comprobat et Suetonius diuerſos ponens uſus in libro qui est de institutione officiorum. Liuius in odiſſia. Mea puera quod uerbi ex tuo ore ſupra fugit. Idem alibi. Puerarum manib; confectum pulcherrime. Non est tamen dubitandum quod et hic puerus et hic et hec puer. ut uetuſtiſſimi protuliſſe inueni untur. et puellus et puella. Lucilius in .xi. Inde uenit romam tener ipſe etiam atq; puellus. Cecilius in umbri[..]. age age puere duce ne ad patrios fines decoratum opipare. Afranius in incendio. Opiere puere ſine perplicere me michi. Plautus in lenonib; geminis [..] oolet [..] hic puellus ſeſe [..]enum duceret. Lucilius in .iiii. Cur[..]. hic tam formo ſus homo ac te dignus puellus. Liuius in odiſſia. Sancta puer ſaturni filia regina. Ne uius in ſecundo belli punici. Prima incedit cereris proſerpina puer. Uarro in ſatura que in ſcribitur ΔΑΔΟCΟΥΤΟCΗ ΠΑΚΑΗC. grauidaq; mater peperit ioui puellum. Liber quoq; excipitur libri. fiber fibri. que et rationabiliter uidentur eſſe ſede declinationis. Habent enim feminina in .a. deſinentia quamuis adiuncte. libra et fibra. quamuis non ſint eiuſdem ſignificationis. Sicut apud grecos multa quoq; inueniuntur feminina a maſculinis deriuata non eiuſdem ſignificationis. ut ΑΚΟΝΑ ΚΑΙΝΑ. Non ſimilem habeant ſignificationem ſicut ΔΡΑΚΩΝ. ΔΡΑΚΑΙΝΑ. ΛΕΩΝ. ΛΕΑΙΝΑ. Regulam tamen eandem ſeruant. Item excipiuntur culter cultri. can cer cancri. quod neutrum [..] etiam inuenitur. ſi quando morbum ſignificat. Claudius in .iii. hiſto riarum. Ut uideretur [..]e reſpueret uerminaret littera adeluuialis. quod uerminatum ſit ad cancer peruenerit. Cuius genetiuus canceris eſſe debet. ut [..]cer ciceris. Preterea notandum ſocer ſoceri. cuius femininum cum ſecundum analogiam hec ſocera eſſe deberet. hec ſocrus in uſu est. Iuuenalis in ſecundo. Deſpanda tibi ſalua concordia ſocru. Uetuſtiſſimi tamen commune [..] hic et hec ſocrus proferebant. Accius in atreo. Simul et pilea purpurea erepta a ſocru poſſedit ſuo. Ge ner. generi differentie cauſa. Ne ſi generis dicamus aliud ſignificare putetur. Ap. apri. cuius femininum ueteres protulerunt apra. ut plinius ſecundus in .i. artium. Coluber etiam colubra facit. hec acer arbor aceri dicit ſeruius in commento uirgilij. cum nullum in .er. feminini ſecunde inueniatur. Ouidius nominatiuum producit. Et platanus genialis acerq; coloribus im par. Solinus uero tercius aceris producit. in admirabilib; de arbore dicturus. Palam fieret in toto tam eſſe uimine tamis ad aceris qualitatem. Queritur hiber hiberis. an hiberus hiberi me lius dicatur. Lucanus enim utrumq; producit. in .v. ſi tibi durus hiber. aut ſi tibi terga dediſſet. Idem in .iiii. qui preſtat terris aufert tibi nomen hiberus. fluuius. Ergo ut differentie cauſa

puer puera puella

License: public_domain – Elbl?g, Biblioteka Elbl?ska im. C. Norwida, SD.XVI.2207–SD.XVI.2208 (inw. 1079), Image00015 – Priscianus, Institutiones grammaticae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-gv64/3864/40950)